FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Georgii Pasoris Lexicon Graeco-Latinvm In Novvm Domini Nostri Iesv Christi Testamentvm

Pasor, Georg

Lipsiae, Anno MDCCII.

VD18 12314374

E

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199681

Visual Library

mortuus. frustra, hoc est, sine scopo, consilio, sine eventu & fructu, sine necessitate, & sine causa.

Δωρέω, ῶ, *dono.* Fut. δωρήσω. P. δεδώρηκα. *a. 1.* ἐδώρησα. *Hesiod. ἐργ. 81.* δῶρον ἐδώρησαν, *donum donarunt,* seu *donum contulerunt. Sapius legitur in media forma.* δωρέομαι, ῶμαι, dono, *idem quod* χαρίζομαι, *gratis dono. Prov. 4, 2.* δῶρον ἀγαθὸν δωρεῶμαι ὑμῖν, *Heb. disciplinam bonam trado vobis. Ad verbum, donum bonum dono vobis,* passivè *accipitur Lev. 7, 5.* Fut. med. δωρήσομαι. aor.1.med. ἐδωρησάμην, ω, ατο. *Marc. 15, 45.* ἐδωρήσατο (*3. sing. a. 1. med.*) τὸ σῶμα τῷ Ἰωσήφ, *donabit corpus Josepho. Sir. 7, 26.* ἀνδρὶ συνετῷ δώρησαι (*aor. 1. imper. med.*) αὐτὴν, *viro intelligenti da eam.* præt. pass. δεδώρημαι, σαι, ται, donavi. *2. Pet. 1, 4.* τίμια ἐπαγγέλματα δεδώρηται, *pretiosa promissa donavit. 2. Pet. 1, 3.* τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης (*part. præt. pass.*) *quæ ad vitam & pietatem pertinent, donavit. ubi sunt duo genitivi absolutè positi, scilicet* τῆς θείας δυνάμεως δεδωρημένης, *posteaquam divina potentia donavit &c.*

Δώρημα, τος, τὸ, donum, beneficium. *Rom. 5, 16. Jac. 1, 17.* πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, *omne donum perfectum è supernis est, descendens à PATRE luminum.*

Quinta litera, dicta ἐψιλὸν, *e tenue, exile, breve, ad differentiam* ἦτα, *quod est e magnum & longum. In numeris significat* quinque, *ut* κεφάλαιον ε. *caput quintum. Respondet juncto Hebræo* segol, *ut* עֶבֶר *ebir, Luc. 3, 35.*

E'A, vah, hem, *Adv. Admirationis,* ἐπίρρημα ἐκπληκτικὸν. *ab imperativo* ἔα *ab* ἐάω, *q. d. sine me, fac me missum. (sicut* ἄγε, ἄπαγε *ab* ἄγω, ἀπάγω, ἰδὲ, ἰδὺ, *ab* εἴδω *in adverbia degenerarunt) item* ἔα *est adverbium* querentis. *Marc. 1, 24. Luc. 4, 34.* ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ; *vah, quid nobis (negotii) tecum JESU?*

E'AN' *conj. connexiva si. Construitur usitatè cum* subj. & opt. *1. Tim. 3, 15.* ἐὰν δὲ βραδύνω (*1. sing. aor. 1. act. subj.*) *si autem tardius venero. Matth. 8, 2.* ἐὰν θέλῃς (*2. sing. præsent. subj.*) *si velis. 2. Tim. 2, 5.* ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ, *si verò quis certet, non redimitur, nisi legitimè certaverit. Semel cum* indicativo. *1. Joh. 5, 15.* ἐὰν οἴδαμεν, *si scimus. Semel* deest *seu subintelligitur. Joh. 6, 50.* ἵνα τις φάγῃ, *pro* ἵνα ἐάν τις φάγῃ, *ut si quis ex ipso manducaverit, ponitur pro* ἐπειδὰν qvum, postqvam (*ex* ἐπειδὴ ἂν) *1. Joh. 3, 2.* οἴδαμεν δὲ ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα, *novimus autem fore, ut qvum patefactus fuerit, similes ei simus, pro* ὅταν qvando *Joh. 13, 20.* ἐὰν τινα πέμψω (*1. sing. aor. 1. act. subj.*) *qvando aliqvem misero. Joh. 14, 3.* ἐὰν πορευθῶ, *qvum profectus fuero. pro* qvamvis, etsi, *1. Cor. 4, 15.* ἐὰν ἦς, *nam etsi &c.* ἐὰν μὴ *pro* ἀλλὰ, sed, *Gal. 2, 16. Heb. conf. Gen. 24, 38. ubi* אִם לֹא *ponitur pro* כִּי אִם, *& Græcè vertitur* ἀλλά. *Vertitur* qvin *Marc. 10, 30. pro* ἐὰν *per aphæresin dicitur* ἂν *1. Thess. 2, 7.* ἂν θάλπῃ *si foveat. Joh. 20, 23.* ἄν τινων ἀφῆτε, *si qvorum remiseritis &c. Pro* ἂν potentiali. *Matth. 8, 19.* ἀκολουθήσω σοι, ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ, *seqvar te qvocunqve abieris. Luc. 10, 22.* ᾧ ἐὰν βούλῃται, *cuicunqve voluerit. Sic Matth. 15, 5.* ὃ ἐὰν ὠφεληθῇς

Franckesche Stiftungen zu Halle

ὠφεληθῆς quocunque juvari posses. Joh. 20, 26. ὃς ἐὰν θέλῃ, quicunque voluerit. 1. Joh. 3, 22. ὃ ἐὰν αἰτῶμεν, quicquid petierimus.

Ἐπὰν (ex ἐπὶ ἂν) postquam cum subj. Matth. 2, 8. ἐπὰν δὲ εὕρητε (2. pl. aor. 1. act. subj.) postquam invenieritis.

Κἂν (ex καὶ ἂν ut κἀπὶ pro καὶ ἐπὶ Arist. 3. Eth. c. 8. §. 2.) Sic Latinum etsi est ex et & si. Quamvis, etiamsi, cum subj. vel opt. Matth. 26, 35. κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, etiamsi oportuerit me tecum mori. Marc. 16, 18. κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν (3. pl. a. 2. act. subj.) quamvis letale quid biberint. Joh. 8, 14. κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ (1. sing. præs. act. subj.) etiamsi ego testor. vel Marc. 6, 56. ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου ἅψωνται (3. plur. aor. 1. med. subj.) ut vel fimbriam tangerent. κἂν idem quod καὶ ἐὰν & si Hebr. 12, 20. κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, & si bestia tetigerit montem, aut si vel bestia. Saltem Act. 5, 15. ἵνα ἐρχομένου Πέτρου κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν, ut venientis Petri saltem umbra inumbraret aliquem eorum. alioquin. 2. Cor. 11, 16. κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με, alioquin ut desipientem recipite me.

Ὅταν (ex ὅτι quando & ἄν) quum Luc. 21, 31. ὅταν ἴδητε (2. plur. aor. 2. act. subj.) quum videritis. Matth. 5, 11. μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν (3. pl. aor. 1. act. subj.) ὑμᾶς, beati estis, quum vos convitiis affecerint. Matth. 6, 5. ὅταν προσεύχῃ (2. sing præs. subj. med.) quum oras. Joh. 16, 21. ὅταν δὲ γένηται, postquam autem pepererit. Hic Nonnus ὅταν reddit per λῶ. λῶ δὲ λοχεύσῃ, quum verò facta fuerit puerpera. Apoc. 9, 5. ὅταν πάσῃ ἄνθρωπον, quum percusserit hominem. Quamdiu. Joh. 9, 5. ὅταν ὦ τοῦ κόσμου ὦ (1. sing. aor. 2. act. subj.) quamdiu in mundo fuero. Pro ἐὰν ponitur etiam

A

Ἂν per aphæresin ἐ & pro ἐὰν Ionicè ἰὼ, si. Joh. 20, 23. ἄν τινων ἀφῆτε (2. plur. aor. 2. act. subj.) τὰς ἁμαρτίας, si quorum remiseritis peccata. ἂν hinc ortum, sæpe est μόριον δυνητικόν, hoc est, particula potentialis, verboque ut plurimùm postponitur. Luc. 7, 39. οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἄν, si hic esset propheta, cognosceret, seu posset cognoscere. Joh. 14, 1. εἶπον ἂν ὑμῖν, dixissem vobis. Luc. 10, 13. πάλαι ἂν μετενόησαν, olim resipuissent. ibid. v. 35. ὅ, τι ἂν προσδαπανήσῃς (2. sing. aor. 2. subj.) quicquid præterea insumpseris. Hic ἂν præcedit verbum ob ὅ, τι. 1. Joh. 2, 19. μεμένηκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν, mansissent utique seu manere potuissent nobiscum. Quandoque ἂν particula potentialis omittitur. Luc. 19, 3. τίς εἴη pro τίς ἂν εἴη, quisnam esset. Act. 25, 22. ἐβουλόμην, ἀκοῦσαι, (hoc est, deest ἄν) καὶ αὐτὸς ἀνθρώπου ἀκοῦσαι, vellem & ipse hominem hunc audire. Rom. 9, 3. ηὐχόμην (deest ἄν) αὐτὸς ἀνάθεμα εἶναι, optarim ipse anathema esse.

B

C

Ἔαρ, αρος, τὸ, ver. Genes. 8, 22.

Ἐαρινός, ἡ, ὸν, vernus.

Ἑαυτοῦ, ῆς, ὗ. vide αὐτὸς.

D

Ἐάω, ῶ, sino, permitto, item facio missum. Apoc. 2, 20. ὅτι ἐᾷς (pro ἐάεις contractè) quòd permittis. Luc. 22, 51. ἐᾶτε (pro ἐάετε 2. pl. præs. act. imper.) ἕως τούτου, sinite hucusque. imperf. ἔαον contractè ἔων, ασς ας, ας α. augetur non mutatione ᾶ α in η, sed epenthesi ᾶ ι. Luc. 4, 41. οὐκ ἔα (3. sing. imperf. act.) non sinebat. Act. 19, 30. οὐκ ἔων (3. pl. imperf. act.) αὐτὸν οἱ μαθηταί non sinerunt eum prodire discipuli. Fut. ἐάσω, εις, ει.

1. Cor. 10, 13. οὐκ ἐάσει (3. sing. fut. act.) ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, non sinet vos tentari supra id, quod potestis. a. 1. act. ἔασα, ας, ε, sibi. Act 14, 16. ἔασε (3. sing. a. 1. act. indic.) πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, sibit omnes gentes incedere in viis suis. Act. 27, 32. καὶ ἔασαν (3. pl. aor. 1. act. indic.) αὐτὴν ἐκπεσεῖν, & siverunt eam excidere. Job. 10, 20 ἔασόν (2. sing. aor. 1. act. imper.) με ἀναπτύσασθαι μικρόν, sine me paululum requiescere. Act. 5, 38. ἐάσατε (2. pl. aor. 1. act. imper.) αὐτοὺς, missos illos facite. 2. Macc. 13, 11. μὴ ἐάσαι (aor. 1. inf. act.) τοῖς δυσφήμοις, non permittere infamibus. Act. 23, 32. ἐάσαντες (part. aor. 1. act.) τοὺς ἱππεῖς, relictis equitibus. præt. act. ἔαμαι, ας, ε. præs. pass. ἐάομαι ὦμαι. Strab. ἐκεῖνοι ἐάθησαν, illi missi fiant. aor. 1. pass. ἐάθην, ης, η. 3 Macc. 5. τίνος ἕνεκεν αἰτίας ἐάθησαν παραβεβιωκότες; quam ob causam permissi sunt supervivere? Arist. οὕτως ἐαθεὶς σὺν τῇ ψυχῇ, frumentum relictum in frigore.

Παραπάω ῶ Ὁ ἐμποδίζω permitto. Act. 27, 7. μὴ παρασιωντος (part. præs. act.) ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου, non permittente nobis vento, hoc est, vento nobis reflante & obstante. Fut. παρασάσω. aor. 1. act. παρέσασα. præt. παρεσάκα.

† ΕΒΕΡ, ὁ, Heber. ἄκλιτον, Luc. 3, 35. Hebr. עֵבֶר filius Sale, de quo Gen. 10, 23. Hinc est patronymicum עִבְרִי Hebræus, q. Heberus, ex familiâ Heberi ortus, quo nomine Abrahamus primùm à Chananæis fuit appellatus. Gen. 14, 13. Mansit hoc nomen in Abrahami posteris, Gen. 39, 14. 15. usque ad Israëlem, unde dicti fuere Israëlitæ, & tandem scis-

A so regno post Salomonem, à tribu Judâ Judæi fuerunt nominati. vide R. Aben-Esram. Exod. 21, 2. LXX. interpp. Gen. 14, 13. vertunt Ἀβραὰμ τοῦ περατῆ, transitori, secuti opinionem, quâ Abraham existimatur ita appellatus ab עֵבֶר trans, & עָבַר transivit. quod trans Euphratem in Mesopotamia habitaverit, & inde in terram Chanaan transierit. Hinc formatur

B Ἑβραῖος Act. 6, 1. 2. Cor. 11, 22. Phil. 3, 5.

Ἑβραϊκός. Luc. 23, 38.

Ἑβραΐς, ίδος, ἡ, Hebræa. Act. 21, 40. & cap. 22, 2. & cap. 26, 14. τῇ ἑβραΐδι διαλέκτῳ, lingua Hebræa.

Ἑβραϊστὶ, Hebraicè Job. 19, 20. item τῇ Syriacè. Job. 5, 2. & c. 19, 13. 17. 20. Videmus etiam in hoc nomine Y Hebraum redditum fuisse per

C spiritum asperum.

ΕΓΓΥΗ, ης, ἡ, expromissio, fidejussio, sponsio, q. d. ὑπὸ χείροις (hoc est χεροὶ) τιθεῖσα, quum manu stipulatâ promisimus seu spondimus pro alio. γεῖρ, ος, τὸ, membrum, manus. Prov. 22, 26. μὴ δίδου σεαυτὸν εἰς ἐγγύην, ad verbum, ne des te in sponsionem, hoc est, ne spondeas. in Hebr. ne sis ex complodentibus manu.

D Ἐγγυάω, ῶ, fidejubeo pro alio, spondeo, manu stipulatâ polliceor. prov. ἐγγύα, πάρα (pro πάρεσι) δὲ ἄτῃ spondeas, præstò noxa est. item q. εἰς χεῖρα, hoc est, in manus trado. Herod. ἐγγυῶ τοῦ παῖδά σοι, filiam tibi desponsam trado. Fut. ἐγγυήσω. præt. ἐγγεγύηκα, ας, ε. aor. 1. ἐγγύησα. Scil. verbum hoc variè augetur, modò χρανικῶς, modò συλλαβικῶς. præs. med. ἐγγυάομαι, ῶμαι. fut. ἐγγυήσομαι. aor. 1. ἐγγυησάμην. Sir. 8, 16. μὴ ἐγγυήσῃ ὑπὲρ δυνα-

δωσαμίν σε, καὶ ἐὰν ἐγγυήσῃ (2. sing. aor. 1. subj. med.) ne spondeas ultra vires, quod si sponderis.

Ἔγγυος, ου, ὁ, idem quod

Ἐγγυητής, οῦ, ὁ, vas vadis, fidejussor, sponsor, præs. ἐγγυητὴν καταστῆσαι, fidejussorem dare, einen Bürgen stellen. Hebr. 7, 22 κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἔγγυος Ἰησοῦς, potioris pacti sponsor factus est JESVS. Sir. 29, 18. χάριτας ἐγγύου μὴ ἐπιλάθῃ, gratias sponsoris ne obliviscaris. 2. Macc. 10, 28. οἱ μὲν ἔγγυον ἔχοντες εὐημερίας, hi quidem sponsorem habentes successus.

ΕΓΓΥΣ. Adv. propè, comparatur ἐγγύτερος, ἐγγύτατος & ἐγγίων ἔγγιος, propior, proximus. construitur cum genit. frequentissimè. Job 6, 19. ἐγγὺς δὲ πλόιν prope navem. ibid. v. 23. ἐγγὺς δὲ τόπου, prope locum. Joh. 11, 18. ἐγγὺς τῶν Ἱερουσαλήμων. & Luc. 19, 11. ἐγγὺς Ἱερουσαλὴμ, propè Hierosolymam. Joh. 19, 20. ἐγγὺς τῆς πόλεως, prope urbem. Rom. 10, 8. ἐγγύς σου, prope te. Rom. 13, 11. ἐγγύτερον ἡμῶν, propiùs nos. Heb. 6, 8. καταρᾶς ἐγγύς, maledictioni proxima. Heb. 8, 13. ἐγγὺς ἀφανισμοῦ, prope est, ut evanescat. Semel cum Dativo Act. 27, 8. ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις, cui propinqua erat civitas. Sæpe absolutè ponitur sine casu. Matth. 26, 18. ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστι, præstitutum illud tempus meum propè est, non longè abest. Marc. 13, 28. ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστὶν, propè est æstas, imminet, instat. Luc. 19, 11. ἀφὸ τὸ ἐγγὺς αὐτὸν εἶναι, eò quod esset propè. Joh. 2, 13. ἐγγὺς ἦν τὸ πάσχα, imminebat paschæ, Phil. 4, 5. ὁ Κύριος ἐγγύς, DOMINVS propè est. Matth. 24, 33. ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις, propè est & ad fores.

Ἐγγύθεν, adv. depropè, in vicino. Jos. 6, 14.

A Ἐγγίζω, appropinquo, instio, immineo, accedo. construitur cum Dat. item sequente ἐπὶ cum Accus. & εἰς cum Accus. Sæpè etiam absolutè legitur, ut seqq. exempla ostendent. Matth. 15, 8. ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι, appropinquat mihi hic populus ore suo. Luc. 12, 33. ὅπου κλέπτης οὐκ ἐγγίζει, quò fur non appropinquat. Luc. 21, 28. διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν, quoniam appro-
B pinquat redemtio vestra. Heb. 7, 19. δι' οὗ (ἐλπίδος) ἐγγίζομεν (1. pl. præs.) τῷ θεῷ, quâ spe appropinquamus Deo. Marc. 11, 1. ὅτε ἐγγίζουσιν (3. pl. præs.) εἰς Ἱεροσολύμα, quum appropinquarent Hierosolymæ. ἀναλογὴ, temporis, ἐγγίζουσιν pro ἤγγιζον. Hebraismus, εἰς Ἱεροσολύμα, pro τῇ Ἱερουσαλὴμ. Articulus Dativi casus ⌉ sæpè per εἰς reddi solet. Vide infrà εἰς. Actor. 9, 3. ἐγένετο αὐτὸν ἐγγίζειν
C (præs. inf.) τῇ Δαμασκῷ, factum est, ut appropinquaret Damasco. part. præs. ἐγγίζων, οντος, ὁ, appropinquans. Act. 10, 9. & c. 22, 6. in f. g. ἐγγίζουσα, ης, ὑ. Heb. 10, 25. βλέπετε τὴν ἐγγίζουσαν ἡμέραν, videtis appropinquantem diem. Hellenismus. participium hic ponitur pro infinitivo. imperf. ἤγγιζον, ες, ε. Luc. 22, 1. ἤγγιζε (3. sing. imperf.) δὲ ἡ ἑορτὴ, appropinquabat autem festum. Act. 7, 17. καθὼς δὲ ἤγ-
D γιζεν ὁ χρόνος τῆς ἐπαγγελίας, quum autem appropinquaret tempus promissionis. Luc. 15, 1. ἦσαν δὲ ἐγγίζοντες (pro ἤγγιζον) αὐτῷ, accedebant autem ad eum. Fut. ἐγγίσω & Atticè ἐγγιῶ, ἰσῷς ἰεῖς, ἰσει ἰεῖ. Jac. 4, 8. ἐγγίσατε (2. pl. aor. 1. act. imper.) τῷ θεῷ, καὶ ἐγγιεῖ (3 sing fut. 1. act.) ὑμῖν appropinquate Deo, & (tunc) appropinquabit vobis. aor. 1. act. ἤγγισα, ας, ε. Luc. 7, 12. ὡς δὲ ἤγγισε (3 sing. aor. 1. act. indic.) τῇ πύλῃ τῆς πόλεως,

πόλεως, ut autem appropinqvabit portæ civitatis. Luc. 22, 47. ἤγγισε (προσδότης) τοῦ Ἰησοῦ φιλῆσαι αὐτόν, appropinqvabit Jesu, ut oscularetur eum. Matth. 21, 1. ὅτε ἤγγισαν (3 pl. a. 1. act. indic.) εἰς Ἱεροσόλυμα, qvum appropinqvassent Hierosolymis. Luc. 24, 28. ἤγγισαν εἰς τὴν κώμην, appropinqvarunt vico. per Hebraismum εἰς hic notat Dativum. a. 1. imper. ἔγγισον, ἄτω. Jac. 4, 8. ἐγγίσατε appropinqvate. Sir. 51, 23. ἐγγίσατε πρός με ἀπαίδευτοι, appropinqvate ad me ineruditi. Ubi notetur constructio verbi cum præpos. πρός. Act. 23, 15. πρὶν ἐγγίσαι (a. 1. act. inf.) αὐτόν, priusqvam appropinqvet. part. aor. 1. act. ἐγγίσας, αντος, ὁ. Luc. 24, 15. καὶ αὐτὸς ἐγγίσας, & ipse accederet. Luc. 18, 40. ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ, qvum autem is appropinqvasset. præt. act. ἤγγικα, ας, ε. appropinqvabi & appropinqvo. Matth. 3, 2. ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, appropinqvabit enim regnum cœlorum. Matth. 26, 45. ἰδοὺ ἤγγικεν ἡ ὥρα, ecce appropinqvat hora illa, * hoc „ est, NB. tempus illud ab æterno à „ Deo decretum. Seqvente ἐπὶ cum accus. Luc. 10, 9. ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, appropinqvabit ad vos regnum DEI. absolutè. 1. Pet. 4, 7. πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε, omnium verò finis imminet. Scilicet est ex numero illorum verborum, qvæ in præterito qvoqve admittunt significationem præsentis, qvalia sunt οἶδα novi, μέμνημαι memini, recordor, πέποιθα confido, ἐπεποίθειν confidebam, Luc. 11, 24. Sic ᾔδειν sciebam. (vide infrà εἴδω seu εἴδημι scio) ἔρρωμαι valeo. Sic 2. Tim. 4, 6. ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε, tempus meæ remigrationis instat. Rom. 13, 12. ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, nox abiit, dies verò appropinqvat. Sic 1. Tim. 6, 7. ἤλπικε (pro ἐλπίζει) sperat &c.

Πρόσεγγίζω, appropinqvo, accedo. Fut. προσεγγίσω. præt. προσήγγικα. aor. 1. act. προσήγγισα, ας, ε. Marc. 2, 4. καὶ μὴ δυνάμενοι προσεγγίσαι (aor. 1. act. inf.) αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, & qvum non possent ad eum accedere propter turbam.

Σωεγγίζω, appropinqvo, 2. Macc. 10, 25. 27. ab

Σώεγγυς, adv. propè, proximè; construitur itidem cum Genit. Sir. 14. ὁ καταλύων σώεγγυς τοῦ οἴκου αὐτῆς, qvi diversatur proximè ædes illius.

ΕΓΕΙΡΩ, excito ex mortuis, suscito, expergefacio, erigo, ex morbo excito. Joh. 5, 21. ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκρούς, sicut PATER excitat mortuos. præs. imper. ἔγειρε, ἔτω. Matth. 10, 8. νεκροὺς ἐγείρετε (2. pl. præs. imper.) mortuos suscitate. part. præs. ἐγείρων, οντος, ὁ. 2. Cor. 1, 9. ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ θεῷ, τῷ ἐγείροντι (part. præs. act.) τοὺς νεκρούς, ne confideremus in nobis ipsis, sed in Deo, suscitante mortuos. Fut. ἐγερῶ, εῖς, εῖ. Matth. 12, 11. οὐχὶ κρατήσει αὐτοῦ καὶ ἐγερεῖ, nonne apprehendet eum, & eriget. Joh. 2, 19. ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν, intra triduum reædificabo illud. Jac. 5, 15. ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος, ex morbo excitabit eum DOMINUS. 2. Cor. 4, 14. εἰδότες ὅτι ὁ ἐγείρας (part. a. 1. act.) τὸν Κύριον Ἰησοῦν καὶ ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦ ἐγερεῖ, scientes fore, ut qvi suscitavit DOMINUM JESUM, nos qvoqve per JESUM suscitet. Præt. act. ἔγηρκα & Atticè ἐγήγερκα. a. 1. act.

* hora illa, h. e. tempus passionis meæ.

a. 1. act. ἤγειρα, ας, ε. *Marc. 9, 27.* ἤγειρεν (3. *sing. a. 1. act.*) αὐτὸν, καὶ ἀνέστη, erexit *eum*, (*manu*) & *ille constitit. Joh. 12, 1.* ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, *quem excitabit ex mortuis. Matth. 8, 25.* ἤγειραν (3. *pl. aor. 1. act. ind.*) αὐτὸν *expergefecerunt* (*excitarunt è somno*) *eum. Luc. 3, 8.* ἐγεῖραι (*a. 1. act. inf.*) τέκνα τῷ Ἀβραὰμ *excitare* (*producere, creare*) *liberos Abrahamo.* part. aor. 1. act. ἐγείρας, ας, αντος, ὁ. *Rom. 8, 11.* εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας (*part. a. 1. act.*) τὸν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, *si Spiritus ejus, qui excitavit* JESVM *ex mortuis, habitat in vobis, vivificabit etiam mortalia corpora vestra.* aor. 2. act. ἤγερον, ες, ε. præs. pass. ἐγείρομαι, η, εται *excitor, expergefio, surgo, resurgo. Matth. 27, 63.* μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι, *post tres dies resurgam.* Enallage temporis. ἐγείρομαι *pro* ἐγερθήσομαι. *Sic Luc. 20, 37.* ὅτι ἐγείρονται νεκροὶ, *pro* ἐγερθήσονται. *quod resurrecturi sint mortui. 1. Cor. 15, 42.* σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ, *seritur cum corruptione, suscitatur cum incorruptione. Matth. 11, 5.* κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, *surdi audiunt, mortui excitantur.* præs. imper. ἐγείρου, ἐόω *surge. Matth. 26, 46.* ἐγείρεσθε (*2. pl. præs. pass. imper.*) καὶ ἄγωμεν, surgite, *eamus.* præt. pass. ἐγήγερμαι *Atticè* (*pro* ἤγερμαι) *Matth. 11, 11.* οὐκ ἐγήγερται, *non excitatus fuit, seu non* exortus fuit *propheta major. Luc. 7, 16.* προφήτης μέγας ἐγήγερται ἐν ἡμῖν, *propheta magnus suscitatus fuit inter nos. Marc. 16, 14.* θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον (*part. præs. pass.*) *qui ipsum conspexerant suscitatum è mortuis.* aor. 1. pass. ἠγέρθην, ης, η, *surrexi. Matth. 27, 52.* πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη, *multa corpora sanctorum, qui obdormierant, surrexerunt. Matth. 28, 6.* οὐκ ἔστιν ὧδε, ἠγέρθη, *non est hic, surrexit. Matth. 25, 7.* τότε ἠγέρθησαν (*3. pl. a. 1. pass. indic.*) *tunc surrexerunt, scilicet virgines illæ, ut obviam irent.* aor. 1. pass. imper. ἐγέρθητι, ἔτω, *Matth. 17, 7.* ἐγέρθητε (*2. pl. a. 1. pass. imper.*) & μὴ φοβεῖσθε, *surgite & ne metuite. Matth. 16, 21.* τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι, (*aor. 1. pass. inf.*) *tertio die suscitari. Matth. 26, 32.* μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με, *postquam suscitatus fuero.* part. a. 1. pass. ἐγερθεὶς, έντος, ὁ. *Matth. 2, 20.* ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον, *experrectus* (*è somno*) *accipe puerulum. Rom. 7, 4.* τοῦ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντος, εἰς *qui ex mortuis excitatus fuit.* fut. 1. pass. ἐγερθήσομαι, η, εται, *surgam, suscitabor, exoriar. Matth. 12, 42.* βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται (*3. sing. fut. 1. pass.*) ἐν τῇ κρίσει, *regina Austri surget* (prodibit) *in judicio. Matth. 17, 23.* τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται, *tertio die suscitabitur ex mortuis. Matth. 24, 11.* ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται (*3. plur. fut. 1. pass. indic.*) *falsi prophetæ* exorientur. aor. 1. med. ἠγειρόμην, ω, ατο. *Matth. 9, 5.* ἔγειραι (*2. sing. a. 1. med. imper.*) καὶ περιπάτει, *surge & ambula. Marc. 10, 49.* λέγοντες αὐτῷ· θάρσει, ἔγειραι· φωνεῖ σε. *dicentes ei: esto bono animo, surge: vocat te.* A 2. *sing. præt. pass.* ἐγήγερσαι *vel* ἤγερσαι *derivatur*

Ἔγερσις, εως, ἡ, resurrectio. *Matth. 27, 53.* μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, *post ejus resurrectionem, item* expergefactio, surrectio. *Ps. 139, 2.* σὺ ἔγνως τὴν ἔγερσίν μου, *tu nosti surgere meum.* extructio, *Herod.* ἔγερσις τοῦ τειχέος, *mœnium extructio. 3. Esd. 5, 83.* ἐπὶ τῇ ἐγέρσει τοῦ οἴκου, *super extructione domus.*

Ἀνεγείρω, resuscito, excito. *Sir.* 49, 15.

Διεγείρω, expergefacio. *per metaph.* memoriam réfrico. 2. *Petr.* 3, 1. ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν τὴν διάνοιαν, *quibus literis vobis in mentem revoco. Marc.* 4, 38. διεγείρουσιν (3. *plur. præs. act. indic.*) αὐτὸν, *expergefaciunt eum, è somno excitant.* 2. *Pet.* 1, 13. διεγείρειν (*præs. act. inf.*) ὑμᾶς, *excitare vos, reddere attentos.* aor. 1. act. διήγειρα, ας, ε. *Luc.* 8, 24. διήγειραν (3. *pl. aor.* 1. *act. indic.*) αὐτὸν, *expergefecerunt eum.* præs. pass. διεγείρομαι, *excitor, surgo.* imperf. pass. διηγειρόμην, ν, ετο. *Joh.* 6, 18. ἡ θάλασσα, ἀνέμου μεγάλου πνέοντος, διηγείρετο, *mare, vento magno flante, insurgebat,* intumescebat. *aor.* 1 *pass.* διηγέρθην *excitatus fui, part. aor.* 1. *pass.* διεγερθεὶς, έντος, ὁ, *expergefactus. Matth.* 1, 24.

Ἐξεγείρω, excito. *Fut.* ἐξεγερῶ. 1. *Cor.* 6, 14. καὶ ἡμᾶς ἐξεγερεῖ (3. *sing. fut. act. indic.*) διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, *nos suscitabit potentiâ suâ.* aor. 1. act. ἐξήγειρα, ας, ε. *Rom.* 9, 17. εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, *in hoc ipsum te excitavi, hoc est, creavi. Præt.* ἐξέγερκα & *Atticè* ἐξεγήγερκα.

Ἐπεγείρω, excito. *Fut.* ἐπεγερῶ, εῖς, εῖ. præt. act. ἐπήγερκα, & *Atticè* ἐπεγήγερκα. aor. 1. act. ἐπήγειρα, ας, ε. *Act.* 13, 50. ἐπήγειραν (3 *pl. aor.* 1. *act. indic.*) διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον, *excitarunt persecutionem in Paulum.*

Συνεγείρω, *unà excito. Fut.* συνεγερῶ. præt. συνήγερκα. aor. 1. act. συνήγειρα, ας, ε. *Eph.* 2, 6. καὶ συνήγειρε, & (*Deus nos*) *unà excitavit.* præs. pass. συνεγείρομαι, unà resurgo. *Col.* 2, 12. ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε (2. *plur. aor.* 1. *pass. indic.*) *per quem etiam unà resurrexistis.*

A ΕΓΚΑΤΑ, ων, τὰ, intestina, viscera. *Sir.* 21, 14. *Ab*

Ἔγκατος, ν, interior; *quod est ab* ἐν & κεῖμαι.

Ἐγκάς, in profundo.

ΕΓΡΗΓΟΡΟΣ, ν, ὁ, vigil. *Thren.* 4, 14. ἐσαλεύθησαν οἱ ἐγρήγοροι αὐτῆς, *commoti sunt vigiles ejus. Derivatur ab* ἐγείρω, *excito, cujus aor.* 2. *act. est* ἤγερον. *Hinc fit præt. med.* ἤγρεγα, *sicut* ἔπιον πέπομα, *ab* ἔλεγον λέλογα, B *ubi* ε *mutatur in* ο *pro* ἤγερμαι, *Atticæ reduplicatione* ἐγήγερμαι, & *per epenthesin* ρ ἐγρήγορα, vigilavi, *Jer.* 44, 27. *Hinc fit nomen* ἐγρήγορος, ν, ὁ, vigil. & *verbum*

Ἐγρηγορέω, ῶ, & *per aphæresin* γρηγορέω, ῶ, vigilo. præs. imper. γρηγόρει, εἰπὸ εἰπὸ, *Matth.* 24, 42 c. 26, 41. γρηγορεῖτε (2. *pl. præs. act. imper.*) *vigilate.* præs. subj. γρηγορέω ῶ, ῇς ῇς, ῇ ῇ. 1. *Thess.* 5, 6. γρηγορῶμεν (1. *pl. præs. act. subj.*) καὶ νηφωμεν, C *vigilemus & sobrii simus.* part. præs. act. γρηγορέων ῶν, ῶντος ῶντος, ὁ, vigilans. *Apoc.* 3, 2. γίνου γρηγορῶν, *esto vigilans. Col.* 4, 2. γρηγορῶντες ἐν αὐτῇ (*scilicet* προσευχῇ) invigilantes, *hoc est, operam dantes* precibus. *Luc.* 12, 37. ὁ Κύριος εὑρήσει γρηγορῶντας, DOMINUS *inveniet vigilantes.* F. γρηγορήσω, εις, ει. *præt.* ἐγρηγόρηκα, ας, ε. *Jer.* 1, 12. aor. 1. activ. ἐγρηγόρησα, ας, ε. *Matth.* 24, 43. ἐγρη- D γόρησεν (3. *sing. a.* 1. *act. indic.*) ἂν, *vigilaret.* aor. 1. act. imper. γρηγόρησον, ήτω, ατε. 1. *Petr.* 5 8. νήψατε, γρηγορήσατε (2. *pl. a.* 1. *act. imper.*) *sobrii estote, vigilate.* aor. 1. act. subj. γρηγορήσω, ῇς, ῇ. *Apoc.* 3, 3. ἐὰν μὴ γρηγορήσῃς, *si non vigilaveris.* a. 1. act. inf. γρηγορῆσαι, *vigilare. Marc.* 14, 37. οὐκ ἴσχυσας μίαν ὥραν γρηγορῆσαι, *nequivisti unam horam vigilare.*

Διαγρηγορέω, ῶ, evigilo. *Luc* 9, 31.

ἀγρηγορήσαντες ἢ εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ, quum autem evigilassent, viderunt gloriam ejus. ἀγρ. auget significationem.

Γρηγόρησις, εως, ἡ, vigilantia. *Dan.* 5, 12.

Ἐγώ, *Atticè* ἔγωγε, ego, pronomen primæ personæ. g. o. *Joh.* 8, 58. πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. prius quam Abrahamus existeret, ego sum, scilicet secundùm deitatem.

Κἀγὼ pro καὶ ἐγώ, & ego. *Luc.* 22, 29. *Joh.* 1, 33. & c. 10, 15. ἐμφατικῶς cum verbo sæpè exprimitur, *Joh.* 18, 37. βασιλεύς εἰμι ἐγώ. ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι. *Rex ego sum, ego in hoc natus sum. Matth.* 28, 20. ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, ego vobiscum sum. Genit. ἐμοῦ vel μου mei. *Matth.* 12, 30. ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι, qui non est mecum, adversus me est. Quamvis verò μου affixa Hebræorum referat, tamen eleganter præponi solet, ut *Matth.* 8, 8. ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς, ut sub tectum meum ingrediaris. Sic *Luc.* 7, 45. μου τοὺς πόδας pro τοὺς πόδας μου, pedes meos. *Col.* 4, 18. μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν, memores estote vinculorum meorum. Dat. ἐμοὶ vel μοι mihi. *Joh.* 6, 56. ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. *1. Cor.* 15, 8. κἀμοὶ pro καὶ ἐμοὶ, & mihi. *1. Cor.* 5, 12. τί γάρ μοι; nam quid mea referi? *Joh.* 2, 4. τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι; Quid mihi negotii tecum est, mulier? Accus. *Joh.* 7, 28. κἀμὲ pro καὶ ἐμέ. *Matth.* 27, 11. ἐμὲ δὲ πάντοτε οὐκ ἔχετε, ,,me non semper habetis, * nempe ,,NB. secundum carnem, *Joh.* 8, 29. ὁ πέμψας με, qui misit me.

Ἐμός, ἡ, ὸν, meus, a, um. *eleganter ante se habet* articulum præpositi-

A vum. *Joh.* 8, 37. ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν, *sermo meus non habet locum apud vos. Joh.* 18, 36. ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, *regnum meum. 1. Cor.* 26, 21. τῇ ἐμῇ χειρὶ *manu mea. Joh.* 4, 34. ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, *esca mea est exsequi voluntatem ejus, qui misit me. Matth.* 20, 23. οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, *non est meum dare. Joh.* 18, 36. οἱ ὑπηρέται οἱ ἐμοὶ (*nomin. plur. gen. masc.*) ministri mei. *Joh.* 14, 15. τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσατε, *mandata mea servate. Joh.* 10, 27. τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ *oves meæ. ibid.* v. 14. γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν (*gen. pl. g. n.*) *cognoscor à meis.*

B Ἡμέτερος, α, ον, noster, a, um. *Act.* 24, 6. κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον, *secundùm legem nostram. Rom.* 15, 4. εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν, *ad doctrinam nostram. 1. Joh.* 1, 3. ἡ κοινωνία ἡ ἡμετέρα, *communio nostra. Tit.* 3, 14. ἡμέτεροι scilicet ἀδελφοὶ, *fratres nostri, hoc est, Christiani.*

C Ἐ΄ΔΑΦΟΣ, εος, τὸ, solum. (*ab* ἕζομαι *sedeo. F.* ἑδεῖμαι) *Act.* 22, 7. ἔπεσόν τε εἰς τὸ ἔδαφος, *cecidique in solum.*

Ἐδαφίζω, solo adæquo, pavio. *item* humi sterno, allido. *Fut.* ἐδαφίσω & *Atticè* ἐδαφιῶ. *Luc.* 19, 44. καὶ ἐδαφιοῦσί (*3. pl. fut. act.*) σε, *teque solo æquabunt.* a. 1. act. ἐδάφισα, ας, τ. *Ezech.* 31, 12. ἐδάφισαν αὐτὸν, *straverunt eum. Hos.* 10, 14. μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἐδάφισαν, *matrem super filios allisérunt.* præt. act. ἐδάφικα. præt. pass. ἐδάφισμαι. *Amos.* 9, 14. οἰκοδομήσουσι πόλεις ἐδαφισμένας, *alii legunt* ἐφενομένας, *ædificabunt urbes solo adæquatas.* aor. 1. passiv. ἐδαφίσθην, ης, η. fut. 1. passiv. ἐδαφισθήσο-

* *nempe visibiliter præsentem.*

ἀνίσημαι, ῃ, αται, *Esa.* 3, 26. *Hos.* 14, 1.

Ἔ΄ΔΩ, med. ἔδομαι, edo. *Sir.* 30, 18.

Ἔδεσμα, ατος, τὸ, edulium. *Sap.* 19, 12.

† Ε΄ΖΕΚΙΆΣ, ου, ὁ, Ezechias, *women Regis Judæ. Matth.* 1, 9. 10. *Heb.* חִזְקִיָּהוּ chiskijáhu, *qui* DOMINVM *apprehendit. ex* חָזַק *apprehendit & יָהּ pro* יְהוָה, *quod est* DEI *nomen proprium, h. e.* adhærens Domino. חזק *etiam significat* fortem esse. *unde quidam vertunt,* fortem à DOMINO. *Scilicet ille solus fortis est & vivit, qui* DEO *adhæret fide. Rom.* 1, 17. *Justus enim ex fide vivit vel (quod malim)* fortitudo mea est DOMINVS חִזְקִי *fortitudo mea.* jod *sic est affixum ex* אֲנִי *ego. vox separata* חֶזֶק robur *à Rad.* חָזַק. *Sensus est idem.*

Ἕ΄ΖΩ, *sedere facio.* imperf. ἕζον *collocabam.* ἕζομαι sedeo. Ἰλιαδ. β. ἕζετο δ' ὀρθωθεὶς, *sedebat erectus.* ἕζετο 3. *sing. imperf. pro* εἵζετο. *Poëtæ, quoties metrum requirit, augmentum abjiciunt. Fut.* ἑδοῦμαι. *Dicitur eodem sensu* ἵζω, ἵζομαι. *F.* ἵσω, *mutato* τὸ ε *in* ι, *vel contrà.*

Ἕδρα, ας, ἡ, sella, *sessitatio, consessus. item anus, i, podex, nates, Deut.* 28, 27. *1 Sam.* 6, 17. ἕδραις χρυσαῖς *nates aureæ.*

Ἑδραζω, colloco. *F.* ἑδράσω. *Prov.* 8, 25. πρὸ τοῦ ὄρη ἑδραζωθῆναι. (*aor.* 1. *inf. pass.*) *anteqvam montes collocati essent. Sir.* 22, 18. καρδία ἠδραασμένη ἐπὶ διανοίας συνέσεως, *cor fundatum super cogitatione intelligentiæ.*

Ἔδρασμα, τος, τὸ, *fundamentum.*

Ἑδραῖος, ου, ὁ, *sedentarius.* οἶος ὁ ἑδραῖος, *vita sedentaria.*

Ἑδραῖος, αία, αῖον, stabilis, firmus, *inconcussus. 1. Cor.* 7, 37. ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος, *qui verò perstat firmus. 1. Cor.* 15, 58. ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, *firmi estote, immoti. Col.* 1, 23. τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι, *fundati & stabiles.*

Ἑδραιόω, ῶ, stabilio, *firmo, unde est* ἑδραίωμα, τος, τὸ, fundamentum, *stabilimentum. 1. Tim.* 3, 15. στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, *columna & stabilimentum veritatis.*

Ἄφεδρος, ου, ἡ, *purgatio menstrua mulierum, menstruum. Ez.* 18, 6. πρὸς γυναῖκα ἐν ἀφέδρῳ (ὄσαν) οὐ προσεγγιεῖ, *ad uxorem menstruo laborantem non appropinqvabit.*

Ἀφεδρὼν, ῶνος, ὁ, latrina, *q. d. lavatrina, ut Varroni placet. Medici in sua Schola sic vocant* rectum intestinum, *qvæ significatio etiam hic locum habere potest. Matth.* 15, 17. καὶ εἰς ἀφεδρῶνα χωρεῖ. *& in latrinam ejicitur.*

Ἐνέδρα, ας, ἡ, insidiæ. *Act.* 25, 3. ἐνέδραν ποιοῦντες, *insidias struentes.*

Ἔνεδρον, ου, τὸ, idem. *Act.* 23, 16. τὸ ἔνεδρον ἀκούσας, *insidias istas qvum audivisset. Judic.* 9, 25. ἔθεντο αὐτῷ ἔνεδρα, *posuerunt ei insidias.*

Ἐνεδρεύω, insidior. *cum acc. Act.* 23, 21. ἐνεδρεύουσι γὰρ αὐτὸν, *insidiantur enim illi. Luc.* 11, 54. ἐνεδρεύοντες αὐτὸν, *insidiantes illi, insidiosè eum observantes. imperf.* ἐνήδρευον, ες. Fut. ἐνεδρεύσω. a. 1. pass. ἐνήδρευσε, ας, ε. *Jud.* 9, 34. ἐνήδρευσαν ἐπὶ Σίκιμα. *Jud.* 16, 2. ἐνήδρευσαν ἐπ' αὐτὸν, *insidias ei struxerunt. Jud.* 9, 32. ἐνέδρευον *pro* ἐνήδρευσον *per syncopen* τοῦ σίγμα. *Jud.* 21, 20. ἐνεδρεύσατε (2. *pl. aor.* 2. *act. imper.*) ἐν τοῖς ἀμπελῶσι, *insidiamini in vineis. Deut.* 19, 11. ἐνε-

Franckesche Stiftungen zu Halle

ὑνεδρεύσῃ (3. sing. aor. 1. act. subj.) ἀυτῶν, insidiatus fuerit ei. Semel cum Dat. quod tamen exemplum videtur mendosum. Jud. 9, 43. ἐνήδρευον ἀυτῷ (in Hebræo ἐν ἀρῷ) insidiatus est ei.

Καθέδρα, ας, ἡ, cáthedra, ex κατὰ & ἕδρα. Matth. 23, 2. ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας, in Mosis cathedra, quæ erat cáthedra docentium. Marc. 11, 15. καθέδρας τῶν πωλούντων, cathedræ vendentium.

Πρωτοκαθεδρία, ας, ἡ, q. d. πρώτη καθέδρα, primus consessus. Matth. 23, 6. Luc. 11, 43. ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν, diligitis (appétitis) primum consessum. Differunt πρωτοκαθεδρία & πρωτοκλισία, quod hæc fieret ἐν τοῖς δείπνοις in convivíis, ubi cœnitabant: illa verò ἐν ταῖς συναγωγαῖς in Synagogis.

Πάρεδρος, ου, ὁ, assessor, qui est à consiliis. Hesych. ὁ παρακαθήμενος, qui assidet. Sap. 9, 4.

Εὐπάρεδρος, ον. 1. Cor. 7, 35. aptè conveniens. Alia exemplaria eodem sensu habent εὐπρόσεδρον, de quo paulò post.

Πρόσεδρος, ου, ὁ, assessor. item, assiduè occupatus (χολάζων)

Προσεδρεύω, propriè assideo. cum Dat. 1. Cor. 9, 13. τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, altari assidentes. item, assiduus sum, gnaviter incumbo. Fut. εύσω. a. 1. act. προσήδρευσα, ας, ε. Arist. polit. lib. 2. προσεδρεύειν πρὸς τὸ ἴδιον, proprio commodo invigilare.

Προσεδρία, ας, ἡ, assiduitas, qualis est ejus qui semper alicui assidet; perseverantia, 3. Macc. 4.

Εὐπρόσεδρος, ου, ὁ, ἡ, constanter seu aptè adhærescens. 1. Cor. 7, 35.

Σύνεδρος, ου, ὁ, consessor, assessor.

Συνεδρεύω, consideo. Sir. 42, 13. ἐν μέσῳ γυναικῶν μὴ συνέδρευε, inter mulieres ne conside. item sum ejusdem curiæ, sum collega, quo sensu Ovidius utitur verbo consideo, in Metamorphos. consedére duces, inquit.

Συνέδριον, ου, τὸ, propriè consessus. item synedrium, consessus judicum. item locus, ubi convenitebant, Act. 6, 15. compositum ex σὺν & ἕδρα, ας, ἡ, sessio, sella, sedes. Act. 23, 6. ἔκραξεν ἐν τῷ συνεδρίῳ, clamavit in consessu. Hæc vox à Syris, tanquam Syriaca, prout in pluribus facere consueverunt, scribitur סַנְהֶדְרִין sanhedrin. quamvis non semper, ut Matth. 5, 22. Erat autem Sanhedrin duplex, majus & minus. Majus constabat assessoribus 71. utque summa curiæ seu supremus senatus Judæorum, quemadmodum apud nos in Germania est curia Spirensis, apud Anglos comitia regni, apud Gallos curia Parisiensis, quæ vulgo voce Gallica vocatur parlamentum. Minus constabat senatoribus 23. Habebant verò Judæi in majori synedrio LXXI. senatores ex priscâ DEI institutione. Num. 11, 16. segrega mihi septuaginta seniores, quibus si addatur Moses, erunt LXXI. Ab hoc Sanhedrin CHRISTUS fuit damnatus & Apostoli judicati. Act. 5, 27. Matth. 5, 22. ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ, tenebitur Synedrio. Metonymicè senatores ipsi. Act. 22, 30. κελεύσας ἐλθεῖν ὅλον τὸ συνέδριον, jussit venire totum Synedrium. Marc. 13, 9. παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς συνέδρια (pro τοῖς συνεδρίοις, Hebraismus) tradent enim vos Synedriis, scilicet judicandos.

Συνεδρία, ας, ἡ, consessus; hinc

Συνεδριάζω, consideo. Proverb. 3, 32.

Καθί-

Καθέζομαι, sedeo. *Luc. 2, 46.* καθεζόμενον (*part. præs.*) ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, *sedentem in medio doctorum. Job. 20, 12.* ἐν λευκοῖς (ἱματίοις) καθεζομένους, *albis vestimentis indutos, seu albatos sedentes.* imperf. ἐκαθεζόμην, ου, ετο. *Matth. 26, 55.* καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην, *quotidiè apud vos sedebam. Joh. 4, 6.* ἐκαθέζετο (*3. sing. imperf.*) ἔτως ἐπὶ τῇ πηγῇ, *ita sedit ad fontem.* Fut. καθεδοῦμαι, *Ez. 26, 16. aor. 1. pass.* ἐκαθέσθην, ης, η, *Job. 39, 27.* καθεσθεὶς (*part. aor. 1. pass.*) fut. 1. pass. καθεσθήσομαι, ῃ, εται. *Lev. 12, 5.*

Ἱδρύω, *seu* ἵδρυμι, *f.* ύσω, sedere facio, statuo, colloco, *q. ab* ἵζω.

Ἵδρυμα, ατος, τὸ, firmamentum.

Ἵδρυσις, εως, ἡ, constitutio, fundatio.

Καθιδρύω, *vel* καθιδρύω, colloco, construo. *f.* ύσω. *a. 1.* καθίδρυσα, *2. Macc. 4, 21.* Præs. pass. καθίδρυμαι, collocor. part. *p. p.* καθιδρυμένος, *collocatus, Epist. Jer. v. 17.*

Καθίζω (*ex* κατὰ & ἵζω) *propriè* facio sedere, colloco, constituo, *item* consido. *Sæpiùs* sedeo, maneo, commoror, *1. Cor. 6, 4.* τούτους καθίζετε, *eos collocate.* F. καθίσω *Atticè* καθιῶ, constituam. *Jer. 32, 37.* καθιῶ αὐτοὺς πεποιθότως. *Matth. 25, 31.* τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, *tunc sedebit in throno gloriæ suæ. Atticè* καθιεῖ *sedebit, Job. 36, 7.* aor. 1. act. ἐκάθισα *sedi. Apoc. 3, 21.* ἐκάθισα μετὰ τοῦ πατρός μου, & *sedeo cum Patre meo. Eph. 1, 20.* ὃν ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ, *quem collocavit ad dextram. Act. 18, 11.* ἐκάθισε ἐνιαυτὸν, commoratus est *annum. 1. Cor. 10, 7.* ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν, *sedit populus ad edendum. Act. 13, 14.* ἐκάθισαν (*3. pl. aor. 1 act. indic.*) *ingressi Synagogam,* consederunt. *Apoc. 20, 4.* sederunt. a. 1. act. imper. κάθισον, άτω, *confide,* setz dich/ *confidite,* setzet euch/ sedere, sitzen/ *significat quietem in loco, sed* sidere *seu considere* sich setzen/ *motum ad locum. prout ex Vergiliano illo apparet Æn. 3.* Linqvere tunc portus jubeo, & considere transtris. *Sic Æn. 7.* Considere mensis *pro accumbere. Et Ilium dicitur* considere in ignes, *Æn. 2. Matth. 26, 36.* καθίσατε (*2. pl. a. 1. act. imper.*) ὧδε, *considite hic. Luc. 24, 49.* καθίσατε ἐν τῇ πόλει, manete *in urbe.* aor. 1. act. subj. καθίσω, ῃς, ῃ. *Matth. 19, 28.* ὅταν καθίσῃ (*3. sing. a. 1. subj.*) *quum sederit. Matth. 19, 28.* καθίσωμεν (*1. pl. aor. 1. act. subj.*) *sedeamus. Matth. 20, 21.* ἵνα καθίσωσιν (*3. pl. a. 1. act. subj.*) *ut sedeant, ut tantum consequantur honorem, & sint proximi à te.* aor. 1. act. inf. καθίσαι *sedere. Matth. 20, 23.* τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου, *sedere autem à dexteris meis.* part. aor. 1. act. καθίσας, αντος, ὁ, *sedens. Act. 25, 6.* καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, *sedens pro tribunali. Marc. 9, 35.* καθίσαντες *sedentes. Act. 16, 13.* præt. act. κεκάθικα, ας, ε, *sedi. Marc. 11, 2.* ἐφ' ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικε, *in quo nullus hominum sedit.* Fut. καθίσομαι, ῃ, εται & καθιεῖται *Atticè. Deut. 21, 13. 1. Reg. 1, 13. 17. Matth. 19, 28.* καθισεῖσθε (*2. pl. fut. med.*) καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, *sedebitis etiamvos in duodecim thronis. 3. pl. fut. med.* καθίσονται & *Atticè* καθιοῦνται *Hos. 14, 7. sessuri sunt.* aor. 1. med. ἐκαθισάμην, ω, ατο. a. 1. med. subj. καθισωμαι, ῃ, ηται. *Luc. 22, 30.* καὶ καθισεῖσθε (*2. pl. a. 1. med. subj.*) & *sederitis.*

Ἀνακαθίζω, resideo. *Fut.* σω. *a. 1.* ἀνεκάθισα, *resedi. Luc. 7, 15.* & ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς, *tunc resedit, qui fuerat mortuus.*

Ἐγκα-

Ἐγκαθίζω, insideo; *it.* colloco. *Sir. 8, 11.* ἵνα μὴ ἐγκαθίσῃ (*3. sing. a. 1. subj. act.*) ὡς ἔνεδρον τῷ στόματί σου, *ne velut insidias collocet ori tuo.* Drusius *neutraliter: ne insideat.*

Ἐπικαθίζω, colloco. *Matth. 21, 7.* καὶ ἐπεκάθισαν (*3. plur. a. 1. act. ind.*) ἐπάνω αὐτῶν, *& collocarunt ipsum super ea.*

Παρακαθίζω, assideo. *Luc. 10, 39.* παρακαθίσασα (*part. a. 1. act. g. f.*) παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, *assidens* (*imperf. temporis*) *ad pedes* JESV.

Περικαθίζω, hostiliter circumsideo, obsideo, *1. Macc. 6, 20.* περικάθισαν ἐπ' αὐτοὺς, *obsederunt eos; notetur syntaxis. Sed & sine præposit. 2. Macc. 10, 33.* περικάθισαν τὸ φρούριον, *obsederunt præsidium.*

Συγκαθίζω, unà colloco. *Eph. 2, 6.* συνεκάθισεν (*3. sing. a. 1. act. ind.*) ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, *unà collocavit in cœlis. Ex dictis patet verba hæc tam intransitivè capi, quàm transitivè,* unà sedeo. *Luc. 22, 55.* συγκαθισάντων (*part. a. 1. act. gen. pl. g. m.*) αὐτῶν, *quum unà consedissent.*

ΕΘΕΛΩ. *Fut.* θελήσω volo. *Vide* θέλω.

ΕΘΝΟΣ, ου, τὸ, gens, familia, natio. *Luc. 7, 5.* ἀγαπᾷ τὸ ἔθνος ἡμῶν, *diligit gentem nostram, scilicet Judæos. Joh. 18, 35.* τὸ ἔθνος τὸ σὸν, *gens tua, hoc est, populares tui.* populus, λαὸς, οῦ, ὁ. *Joh. 11, 48.* ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος, *tollunt tum locum nostrum, tum populum. Act. 2, 5.* ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, *ex omni populo, quia* ἔθνος *est nomen multitudinis. Act. 10, 22.* ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, *à toto populo Judæorum. Matth. 4, 15.* Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, *Galilæa populorum, hoc est, populosa. Hebraismus, seu* Galilæa gentium, *sic dicta, quod eam diversæ gentes, Tyrii, Sidonii, Ægyptii, Arabes &c. incolerent. vide Schindl. in* גלל. populus alienus ab Ecclesia, *cujus descriptionem lege Eph. 2, 12. 1. Cor. 12, 3. Rom. 1, 21, 22, 23. Matth. 10, 5.* εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, *in viam gentium ne abieritis. Act. 14, 16.* εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, *sivit gentes incedere in viis suis.* Populus ad Ecclesiam *NB. vocandus, sed nondum "vocatus.* * *Rom. 10, 19.* παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει, *ad æmulationem provocabo vos per gentem, quæ non est gens. Heb.* בְּלֹא עַם *beloh ham. Deut. 32, 21. conf. Hos. 2, 22.* populus Christianus. *1. Petr. 2, 9.* ἔθνος ἅγιον, *populus sanctus. Rom. 4, 17.* πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, *patrem multarum gentium constitui te. Rom. 15, 11.* αἰνεῖτε τὸν Κύριον πάντα τὰ ἔθνη, *laudate* DOMINVM *omnes gentes.*

Ἐθνικὸς, ὴ, ὸν, *propriè* gentilis, e, *ad gentem pertinens. Sic* Αἰγύπτιος ὄνομά ἐστιν ἐθνικὸν, *est nomen gentile. item* ethnicus, *homo profanus & ab Ecclesia alienus. Matth. 18. 17.* ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης, *sit tibi tanquam ethnicus & publicanus.*

Ἐθνικῶς *adv.* gentiliter, *more gentium seu Græcorum. Gal. 2, 14.* ἐθνικῶς ζῆς, *gentiliter vivis. ubi opponitur τοῦ* Ἰουδαΐζειν.

Ὁμοεθνὴς, ές, ὁ, ἡ, qui est ejusdem gentis *seu nationis; Ex* ὁμὸς, *similis,*

* Populus ad Ecclesiam *traducendus nondum traductus.* (*vocatus enim omnis populus est*) *sed*

similis, & ἔθος. *Oppositum*

Ἀλλοεθνής, ές, ὁ, ἡ, qui est alterius gentis, alienigena, *peregrinus*, 3. Macc. 4. Dicitur &

Ἀλλόεθνης, ές, ὁ, ἡ, idem.

ΕΘΟΣ, εος, τὸ, consvetudo, mos. (*ab* ἔθω, *ex consvetudine facio*) Luc. 22, 39. κατὰ τὸ ἔθος, *pro more*. Luc. 2, 42. κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς, *ex more festi*. Joh. 19, 40. καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν, *sicut mos est Judæis funerare*. Act. 25, 16. οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις, *non est mos Romanorum, seu non est moris apud Romanos*. Hebr. 10, 25. καθὼς ἔθος τισίν, *sicut mos est quibusdam*. Isocr. ἔθος φαῦλον, *prava consvetudo*. ritus, ceremoniæ. Luc. 1, 9. κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, *secundum ritum functionis sacerdotalis*. Act. 6, 14. ἀλλάξει τὰ ἔθη, *mutabit ceremonias*. Act. 15, 1. ἐὰν μὴ περιτμηθῆτε τῷ ἔθει Μωυσέως, *nisi circumcidamini ritu Mosis*. Act. 16, 21. καταγγέλλουσιν ἔθη, *annunciant ritus*. Act. 28, 17. ἔθη πατρῷα, *ritus patrii, hoc est, à patribus accepti*.

ΕΘΩ, *ex consvetudine facio*. *item assvefio, assvesco*. Ἰλιαδ. κ. (*ab* אתה *ire*. *Sic mos à meo*, as, are) *unde est* præt. perf. medium εἴωθα, as, a, *solitus sum, consvevi*. *Dicitur* εἴωθα *pro* εἴθα *per epenthesin* τοῦ ω. *Est ex numero illorum verborum, quæ pro augmento assumunt jota*. Sir 37, 18. plusq. perf. med. εἰώθειν, εις, ει, *consvebam, solebam*. Matth. 27, 15. εἰώθει ὁ ἡγεμών, *consvebat præses*. Marc. 10, 1. ὡς εἰώθει, *ut solebat*. part. præt. med. εἰωθὼς, ῦῖα, ὸς, *consvetus, a, um*. Luc. 4, 16. εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ, *intravit pro more suo, seu sicut consvebat*. Act. 17, 2. κατὰ τὸ εἰωθὸς (part. præt. med. g. n.) τῷ Παύλῳ, *sicut Paulus consvebat, seu pro more suo, seu ut solebat*. παρὰ τὸ εἰωθὸς, *præter morem*.

Ἐθίζω, assvefacio. Lucian. πρὸς τὰς πόνους τὰ σώματα ἐθίζειν, *ad labores corpora assvefacere*. imperf. ἐθίζον. Fut. ἐθίσω. Præt. ἔθικα. a. 1. act. ἔθισα, ας, ε. Sir. 23, 9. ὅρκῳ μὴ ἐθίσῃς (2. *sing. aor. 1. act. subj.*) τὸ στόμα σου, *juramento ne assvefacias os tuum*. præs. pass. ἐθίζομαι, *assvesco*, assvefio. præt. pass. ἐθίσμαι, σαι, ται. Luc. 2, 27. κατὰ τὸ εἰθισμένον (*part. præt. pass. gen. n.*) τοῦ νόμου, *quod secundum legem fieri consvescebat*. Xenoph. ἐθιστέον τὸ σῶμα ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ, *corpus est assvefaciendum, ut animo seu rationi pareat*.

Συνεθίζω, consvefacio, assvefacio. *Pass.* συνεθίζομαι, assvefio, *Sir.* 23, 9. 13. 15.

ΕΙ, si. *Chald.* אין & *Thalmudistæ abjecto* nun אי, *conjunctio connexiva*, *construitur cum* indicativo. Matth. 4, 3. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, *si es filius Dei*. Matth. 11, 14. εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας, *si vultis recipere, ipse* (Johannes) *est Elias*. quod. Marc. 15, 44. εἰ ἤδη τέθνηκε, *quod jam mortuus esset*. Rarius cum optativo. Act. 17, 11. εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως, *an hæc ita se haberent*. Act. 24, 19. εἴ τι ἔχοιεν κατὰ με, *si quid haberent adversus me*. Act. 25, 20. εἰ βούλοιτο, *si vellet*. Act. 27, 39. εἰ δύναιντο ἐξῶσαι τὸ πλοῖον, *an possent extrudere navem*. 1. Cor. 15, 37. εἰ τύχοι (3. *sing. a. 1. act. opt.*) *si casus tulerit*. 1. Petr. 3, 14. εἰ πάσχοιτε, *si patimini*. Rarissimè cum subjunctivo modo. 1. Cor. 14, 5. ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ, *excepto nisi interpretetur*. Phil. 3, 12. quamvis. 2. Cor. 13, 4. Sæpè pro adverbio interrogandi ἆρα utrùm adhibetur. Luc. 6, 7. παρετήρουν δὲ αὐτὸν, εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύσει, *observabant eum, utrùm*

utrùm sabbato sanaturus esset. Luc. 22, 49. εἰ παταξοῦμεν ἐν μαχαίρᾳ; percutiemusne gladio? Hebraismus. Act. 21, 37. εἰ ἔξεστί μοι εἰπεῖν τι; Licétne mihi aliqvid dicere? 2. Cor. 2, 9. εἰ εἰς πάντα (pro ἐν πᾶσι) ὑπήκοοί ἐστε, utrum in omnibus sitis obsequiosi. it. pro μῶν, num. Luc 22, 40. Act. 21, 37. Act. 22, 25. εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν, num hominem Romanum licet vobis flagellare? Act. 25, 20. εἰ βούλοιτο πορεύεσθαι, num velit proficisci. Particula εἰ in jurando vim habet negantis. Marc 8, 12. εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον, si dabitur generationi hac signum, h. e. non dabitur. conf. versionem Syriacam. Alias est Hebraismus, nempe elliptica oratio Hebraeis familiaris, ubi subauditur sim vanus, vel patiar haberi mendax, vel hæc faciat mihi DOMINUS, vel aliqvid simile. Ellipsis hæc ut plurimùm convenit graviter commotis. Vide Gen. 14, 23. & c. 21, 23. Aliqvando nulla est ellipsis, ut 1. Sam 3, 17. 2. Sam. 19, 13. & c. 20, 10. 2. Reg. 6, 31. & cap. 20, 10. Ethnici dixerunt dispeream, emoriar,

Ἰλιαδ. θ. 183.

Τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. Tunc mihi debiscat lata terra.

Æneid. 4. 29.

Sed mihi vel tellus optem
priùs ima dehiscat.

Qvæ profanæ voces à nobis Christianis, qvi Spiritus S. nos profitemur discipulos, longe abesse debent. A natura abhorret, sibi ipsi malum imprecari: à charitate, alii cuicunqve. Sic Hebr. 4, 3. ex Num. 14, 23. & Ps. 95, 11. ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου, jura-

A vi in irâ meâ, si introibunt in reqviem meam. Ellipsis conseqventis in enunciato connexivo, usitata in juramentis apud Hebræos. pro juravi in irâ meâ, dicens, si introibunt in reqviem meam, non ero Deus. εἰ qvandoqve valet ἐπεὶ qvandoqvidem. Act. 4, 9. εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα, qvandoqvidem de nobis hodiè qvæstio habetur. Qvia Rom. 8, 31. εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τις καθ' ἡμῶν; Qvia

B Deus pro nobis, qvis contra nos? vertitur qvod si, vel etiamsi εἰ καὶ. 2. Cor. 2, 5. εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, qvod si qvis tristitiam attulit, non mihi tristitiam attulit. εἰ ponitur pro ὅτι qvod Act. 26, 23. εἰ παθητὸς ὁ Χριστός. prophetæ & Moses prædixerunt, nempe qvod Christus sit passurus. Demosth. Olynth. 2. non procul à fine: ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζω,

C εἰ Λακεδαιμονίοις ποτὲ ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων ἀντήρατε &c. Sed illud miror, qvod Lacedæmoniis qvondam bellum intuleritis pro jure Græcorum &c. Hic εἰ ponitur pro ὅτι qvod. Budæus in commentariis plura id genus exempla ex profanis Græcis autoribus allegat. Nonnunqvam ἐλλείπει deest. Jac 5, 13. εὐθυμεῖ τις; ψαλέτω (pro εἰ εὐθυμεῖ τις) bono animo est aliqvis? oret. εἰ μὴ nisi.

D Marc 8, 14. καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρτον οὐκ εἶχον, & non nisi unum panem secum habebant. præterqvam. 1. Cor. 1, 14. εἰ μὴ Κρίσπον, præterqvam Crispum, &c. Sed Joh. 17, 12. καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, & nemo ex iis periit, sed filius perditionis. 1. Cor. 7, 17. εἰ μὴ ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ θεός, sed ut unicuiqve partitus est Deus. εἰ ὃ μὴ alioqvi. Joh. 14, 2. εἰ ὃ μὴ εἶπον ὑμῖν, alioqvi dixissem vobis.

Ἐπεὶ componitur ex ἐπὶ & εἰ qvoniam, qvandoqvidem. *Luc. 1, 34.* πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; qvomodo erit istud, (vel qvî fiet istud) qvandoqvidem virum non novi? Qvum. *Luc. 7, 1.* Alióqvin. *Rom. 11, 6.* ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκ ἔτι γίνεται χάρις, alioqvi gratia jam non est gratia. *1. Cor. 7, 14.* ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι, alióqvi certè liberi vestri impuri essent. *1. Cor. 15, 29.* ἐπεὶ τί ποιήσουσιν; alióqvi qvid facient? *Heb. 9, 26.* ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν. alióqvin oportuisset ipsum sæpe passum fuisse. ἐπεὶ κἄν alioqvin. *Heb. 10, 2.* ἐπεὶ κἂν ἐπαύσαντο, alióqvin desiissent. Alii ἐπὶ ἂν pro ἐπεὶ κἄν.

Ὡσεὶ compositum ex ὡς & εἰ, tanqvam, *Adv.* similitudinis. *Matth. 28, 3.* ὡσεὶ χιών, tanqvam nix. *Luc. 9, 28.* ὡσεὶ ἡμέρᾳ ὀκτώ, qvasi dies octo, scilicet qvum intercessissent, *Act. 2, 3.* ὡσεὶ (scilicet γλῶσσαι) πυρός, instar ignis, seu qvasi igneæ. item circiter *Act. 19, 7.* ferè *Matth. 14, 21.* οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, & qvi comederant, erant viri ferè qvinqvies mille. *Luc. 22, 41.* αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν, & ille abscessit ab iis ferè ad jactum lapidis.

Ὡσπερεὶ compositum ex ὥσπερ (& hoc ex ὡς & περ) & εἰ, sicut. *1. Cor. 15, 8.* ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί, veluti abortivo visus etiam est mihi, hoc est, visus fuit etiam à me. ἐπείπερ vide in περ. ἐπειδὴ in δή.

ΕΙΔΕΩ ὦ vel εἴδημι, scio, cognosco, intelligo. (*affine* τῷ יָדַע) εἴδημι esse usitatius, liqvet ex præsenti act. opt. εἰδείη ης, η, qvod usitatissimum est & legitur apud Xenoph. pæd. lib. 1. item Ἰλιαδ. π. 73. Ὀδυσσ. ε. 206. &c. Notum est adagium

A λῷ εἰδείη, ἕκαστος ἔργοισι τέχνῃ, qvam sciverit qvisqve, exerceat artem. Hic εἰδείη non est ab εἰδέω sed εἴδημι, ad formam πθείη. præs. subj. εἰδῶ, ῇς, ῇ. *1. Cor. 14, 11.* ἐὰν οὖν μὴ εἰδῶ (1. sing. præs. subj.) τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, nisi sciam vim vocis. *1. Tim. 3, 15.* ἵνα εἰδῇς (2. sing. præs. act. subj.) πῶς δεῖ σε ἐν οἴκῳ θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ut nôris, qvomodo oporteat in domo DEI versari. *1. Cor. 2, 12.* ἵνα εἰδῶμεν (1. pl.

B præs. act. subj.) ut sciamus. *Matth. 9, 6.* ἵνα δὲ εἰδῆτε (2. pl. præs. act. subj.) ut autem sciatis, hoc est, ut autem vobis constet. Fut. εἰδήσω, εις, ει. *Heb. 8, 11.* ὅτι πάντες εἰδήσουσί (3. pl. fut. act. ind.) με, qvia omnes me cognoscent. præt. act. εἴδηκα, ας, ε. præt. act. inf. εἰδέναι pro εἰδηκέναι, per syncopen duarum literarum, ηκ. (Qvamvis videri possit præsens infinitivi ab εἴδημι, ad formam & πθέναι à πίθημι.)

C *Tit. 1, 16.* θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, DEUM profitentur se scire seu cognoscere. *Joh. 14, 5.* profiteri seu facere, ut aliqvis sciat. *1. Cor. 2, 2.* οὐ γὰρ ἔκρινα εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν, non enim statui qvicqvam profiteri inter vos. *1. Thess. 5, 12.* ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, rogamus autem vos, ut agnoscatis, (hoc est, debita reverentia proseqvamini) eos, qvi laborant inter vos. part. præt. act.

